



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quęstio 1. Quomodo mulierem Dominus excusat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

VERSVS 11. 12. 13.

*Nam semper pauperes habetis vo-
biscum, me autem non semper ha-
bebitis. Mittens enim hac un-
guentum ad sepeliendum me fecit.
Amen dico vobis, ubicunque pra-
dicatum fuerit Euangelium hoc
dicetur, quod & hac fecit in me-
moriā eius.*

QVÆSTIO I.

Quomodo mulierem Dominus excusat?

Primo soluit argumentum Iudæ, v. n. Deinde probat bonum opus esse. Deinde prædicit fore, vt toto orbefactum laudetur. Hæc omnia eo referuntur, vt probet, quod dixerat. *Bonum enim opus operatus est in me.* Malum opus murmuratores iudicabant, quod pauperibus detraheretur, & in vsum non necessarium converteretur. Respondet Christus, nihil pauperibus detrahitur, vobiscum semper illi erunt, & benefacere poteritis cum volueritis, me non semper habebitis; itaq; trecentos denarios me mortuo, qui eos impendire. Dicebant illa præcipue Iudæi, qui furabatur, nec tamen pauperum curantebatur. Hunc iam sumptum ferre non possunt, si Maria Alabastrum versasset in multos annos, nemo pauperum mentionem intulisset. At pauperes ubique semper occurrunt, & paucis facultas, multis volentes beneficiendi deest. *tristore* inquit omni tempore, omni loco. Vere olim Menander cecinit.

ἐργον εἶρεν συγγενεῖ,
Πένθος ἐστίν, οὐδ' εἰς ᾧ ὁμολογεῖ,
Αὐτῷ προσήκειν τὸν βοηθεύσαντα τὴν
Δεομένην, αὐτεῖσθαι ᾧ ἅμα τι προσ

Difficile est pauperi cognatum inuenire, neq^q, enim vel vnus fa-
uor suus cognatum esse eum, qui ope indiget, semper enim, vt
a se aliquid petatur, exspectat. Atq; hoc quasi per paren-
thesin interponit de pauperibus Christus. Deinde o-
stendit carbonum opus fecerit.

§. 1. Mittens enim hæc vnguentum hoc in corpus meum: ad splendum me fecit: *אדאנוס עשדדס אלילאיענס*, sed propria est verbi mitto, אלילא significatio: sic *מיטערע* sagittæ, *האבילי מיטו דאנוס*, non per alium sed faciendum, sic & Syrus *אדאנוס ארמיה*, qui vnguento iterum adiungit Epitaphium, *בסמא בלמא* iuanissimum, apud Marcum respondet. *Quod habuit hæc fecit. Præuenit corpus meum vng. rei sepulcrum.* Vngi solebant, & condipi sepulchrorum corpora, præcipue apud Iudæos: itaq; hoc officium ipsa iam antequerit. Non quod illa Marci intentio fuerit, sed quod eo tempore & loco venerit, vr ad sepulcrum vni xisse posset videri. Atq; hoc Syrus indicat: *Tanquam ad sepeliendum.* Hoc ergo etiam vitæ finis mortem certo sibi instare prædixit. Simili offendit non delectari se odorem fragrantia, & delictis, sed in mortis, & tormentorum imminentem, quæ hōis, charitatis, & lætitiæ exhibebatur, tanquam mortualem pollem & turam accipere. Magnæ & sublimis præcedens exemplo vt omni tempore, cum posterum prospera eueniunt, illa tanquam mortis & sepulcræ ornamenta estimemus. Hinc vero omnis mirumundi præcisæ erit occasio. Cum enim quotidie, etiam in plebea funera, aromata & vn-

QVÆSTIO II.

*Quid ex Christi verbis hinc concludant
Zuingliani?*

§.1. **M**E, inquit, *Ch. iſtus non ſemper habetis. Non* igitur in Eucharistiæ Sacramento Christus est: sed quod corpus suum effuſe dixit: non est corpus eius: sed figura corporis. ita Caluini. hoc loco. & alij apud Bellar. l. de Sacramento Eucharistiæ c. 14.

Respondi facillis, Christus de præsentia aspectabili, & coniecta, & familiaritate quotidiana loquitur: qua videri, audiri, conuiuiu exopti, vngi, & pacisci solebat. Horum inquit in me officiorum opportunitas morte mea finietur. At vero nullo modo negat se inuisibili modo cum illis futurum vique ad consummationem facerit. Videmus tamen eum quodammodo, vt fide præsentem credimus, & honoramus. Chryostomus homil. 83. in Matthæum. Ipsum vider, ipsum tangis. Veniat in mentem tibi quo honore sis honoratus, quâ mensâ fruâris, cā namque re alimur, quam angelus videntes tremunt, nec absque pauore, propter fulgorem, q̃i inde refertur, aspicere possunt, & nos in vnam cum illo mensam reducimus. scilicet Christi corpus vnum, & vna caro. Quis p̃stet vquam suis membris cūctis sua nutriti p̃ se p̃ proprio corpore nos alit, & sibi coniungit, & deinit, &c.

Nobiscum
est Christus
inuisibili
modo.

§. 2. Calumnias non minus maligne mulierem, & Ecclesiam oppugnat, quam ludas: [Sed norandum est, *inquit*, defensionis genus, quo vitur, neque enim mulierem rectè fecisse pronunciat, quali idem quotidie fieri velit. Addit vñtionem propter circumstantiam placuisse. In exemplo trahi non oportere. Mariam occulto spiritus instinctu, ad opus extraordinarium vocatam esse. Nullum fuisse mandatum, sed fiduciam certam in Mariâ, vt hoc officium præstaret. Non defendi vñtionem vt imitetur, non fingendos Deo sumptuosos cultus, ornatus, suffragios, cereos. Non considerare nos esse legitimos Dei cultores, nisi in sumptibus simus profusi. Pecuniam in pauperes erogandam non in sacrificia: vesanum esse eorum obtinationem, qui ludicras res inuito & recusanti obtrudunt.]

Alia non dissimilia Bullingerus, qui etiam parietes
vestiri indignatur.

Constituendum est primum: Sacrificium Christianorum modico egere sumptu, offertur enim Christus ipse, opus est pane & vino, nec minus in cœnâ sua absument Columiani. Nec alijs opus est sumptibus, aut profusione: opus est loco in quo sacrificium, poculo, altari seu mensâ, mappulâ, quæ omnia etiam in Sacramen-

Sacrificiū
paruo eges
sumptu.